



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 53. Agapitus Papa Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI.
A. C. 535.
Lib. tom. 5.
Cons. p. 32.

men Zoara, non tantum Constantinopolim se conferrent, sed etiam in privatorum domibus conventus agerent, imo & baptizarent. Abbates Catholici Constantinopolitani Romam miserunt, qui docerent, quam malo loco Res fidei starent; cum vero comperissent, ipsum Papam Constantinopolim venturum, adventum ejus expectare statuerunt, postquam Imperator promisisset, curaturum se, ut omnia effectui darentur, quæcunque Pontifex contra Schismaticos Canonice decrevisset.

§. LIII.

Agapitus Papa Constantinopoli.

Procop. 1.
Goth.
Liber brev.
c. 21.
Marcel. Chr.
an. 535. 596.

Agapitus Papa Theodati Regis Gothorum imperio Constantinopolim proficisci coactus est. Quippe cum Justinianus devictis Vandalis, & Africa in potestatem redacta, etiam Italiam a Gothorum jugo liberare cogitaret, Theodatus imminente periculo territus, datis ad Papam Senatūque Romanum litteris mortem denunciat Senatoribus, uxoribus Liberisque eorum, nisi efficerent, ut Imperatoris exercitus ab Italia averteretur. Ergo Agapitus Papa hanc Legationem in se suscipere quasi compulsus, cum tam longo itineri subeundo pecuniæ sibi non suppetere, Vasa sacra Ecclesiæ S. Petri oppignoravit, pro pecuniæ Summa, quam ei

Cassio. XII.
Var. 20.

ei ærario Principis Præfecti accepto ipsius Sæculum VI.
chirographo mutuam dederunt. Ubi in A. C. 536.
Græciam pervenit Agapitus, hominem *Greg. III.*
ad eum adduxerunt nec loqui nec a terra *Dial.*
surgere valentem. Papa Parentes ipsius,
qui eum obtulerant, interrogavit, an cre-
derent sanari posse. Responderunt; se
id futurum per Dei omnipotentiam &
S. Petri Auctoritatem firmiter sperare.
Mox Papa orare cœpit, & Missam inchoa-
vit, qua celebrata ab Altari procedit,
claudum manuprehendit, & terra levat,
& præsentem omni populo ingrediendi fa-
cultatem eidem restituit. Tum immisso
in os ipsius Corpore Domini nostri lingua
quoque ab ægritudine liberata & solu-
ta est.

Papa Constantinopolim intravit se-
cunda die Febr. anno 536. quinque Epis-
copis Legatis suis & Clericis, quos ad-
duxerat, scilicet, Theophane & Pelagio
Ecclesiæ Romanæ Diaconis, Menna &
Petro Notariis & quibusdam aliis comi-
tantibus. Missis ab Imperatore, qui *Lib. brev.*
venientem exciperent, honorem exhi- *c. 21.*
buit, at novo Patriarchæ Anthimo col- *Libell. to. 5.*
loqui noluit. Illud vero, quod Legatio- *Cons. p. 32.*
nis susceptæ causa fuerat, obtinere non
potuit, ut bellum a Gothorum cervicibus
removeret, quod in hujus apparatus Im-
perator ingentes sumptus impendisset.
Itaque solius Religionis negotium tracta-
re

Sæculum VI. re statuit. Imperatore atque Imperatri-
A.C. 536. ce rogantibus, ut Anthimi Salutationem
 admitteret, & in Communionem recipe-
 ret, utrumque se facturum promisit Pa-
 pa, si modo Anthimus Fidei Confessio-
 nem manu sua scriptam, & Catholicam
 traderet, & ad Sedem suam Trapezunti-
 nam reverteretur; *impossibile enim est,*
inquiēbat, ut translatus homo in Sede
Constantinopolitana permaneat. Impe-
 ratrix secreto magna munera Papæ offe-
 rebat, minas etiam intentabat; sed Aga-
 pitus in Sententia stetit immotus. Imo
 Imperatori persuasit, ut Anthimum depo-
 ni juberet, qui Severo Auctore Sedem
 Constantinopolitanam relinquere, quam
 Fidei Catholicæ Professionem dare maluit.
Evagr. IV. Id quippe suo instinctu factum Severus
hist. c. II. in epistolis suis ad Theodosium Alexan-
 drinum gloriabatur.

§. LIV.

Anthimus deponitur.

Liber. c. 21. Anthimus ad Concilium, quod Papa ad
 eum judicandum Constantinopoli ce-
 lebravit, venire recusans, depositus est, (*)
 & Pallium suum Imperatori reddidit, dis-
 cessitque in locum, ubi eum Imperatrix
 suo

(*) Hoc solo exemplo satis refutantur dicen-
 tes, nullam fuisse Romanorum Pontificum Con-
 stantinopoli Auctoritatem.